



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Primo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

cales, nebulones suam tum Papalem tum Episcopalem extor-
municationem frustra inferrent. Quam vehementer languescer-
rent & deficerent Romanensia tonitrua, Quotiens obmutescen-
dum esset, ei quem nunc mundus cogitur audire. Quam parum
inueniretur prædicatorum & cõcionatorum in orbe Christiano?
Sed ita malum illud inualuit, vt iustum rectumq; sit quicquid
ipsi proponant sibi. Hic nemo est mortalium, qui pro dei noie
& gloria pugnet. Equidem crediderim neq; manus neq; frequen-
tius peccatum admitti in exterioribus operibus, quã in hoc præ-
cepto. Est enim altius q̃ vt multi intelligant, & allequantur, atq;
adeo eam dei nomine & potestate sic ornatum, vt periculosum
sit attingere. Verũ prophetę olim in hoc magistri artifices fuisse,
sed & Apostoli, potissimum diuus Paulus, qui nihil morati, ni-
hil curantes, siue summus, siue infimus sacerdos dixisset, siue in
dei siue suo ipsius nomine fecisset. Observabant em̃ & verba &
opera, conferentes ea cũ dei præceptis, non respicientes siue mag-
nus Ioann. siue paruus Nicolaus vel in dei vel in hominis noie
id fecisset. Itaq; mori cogebantur. De qua re nra etate plura essent
dicenda, vt qua oia longe peius agatur. Sed Chrm Petũ & Pau,
oportet hæc suis sanctis nominibus ita tegere, vt nullũ magis pu-
dendũ pudoris & dedecoris operculum in terras venerit, quam
sanctissimũ & super benedictũ nomen Ihesu Christi. Possis igitur
abominari vitã, tantũ propter abusum & blasphemiam sancti
nominis dei. In ter quæ, si id diuini substituerit, vereor futurum,
vt Satanã p deo adorent. Tanta & tã immoderata impudentia
& sacri siue spirituales & docti omnia agunt. Summe igitur tem-
pestiuum est, vt deum oremus ex animo, vt nomẽ suum sanctifi-
ciet. Sed hoc sanguine constabit, & eos qui in bonis martyrum
sedent, & qui eorum sanguine acquisiti & seruari sunt, oportet
vt ipsi rursus martyres faciant. De qua realias plura.

DE TERTIO PRÆCEPTO DEI. PRIMO.

¶ Iam vidimus quantum sit honorũ operũ in secundo dei præcepto,
quæ tamẽ per se non sunt bona, nisi in fide, & fiducia diuini erga
nos amoris progrediantur. Vtinam igitur vel hoc solum obser-
uaremus præceptum, interim tantum occupati, interim prohdos-
lor tot alijs operibus negociosi, huius operis profus imperiti.
Nunc ergo sequitur tertium præceptum. Sabbata sanctifica,

Prima tabu-
la Mofi.

In primo est præceptum quomodo sese cor nostrum erga deum cogitationibus habere debeat. In secundo quemadmodum os verbis. In hoc vero tertio præcipitur, quales nos exhibere oporteat deo operibus. Et hæc est prior & dextera tabula Mofi, in qua hæc tria præcepta sunt scripta, hominem in dextero latere regentia, hoc est, in eiusmodi rebus quæ ad deum attinent, & in quibus deus cum eo, & ipse cum deo habet cõmerciũ & consueudinẽ, sine medio vilius creaturæ. Prima igitur huius præcepti opera sunt crassa, & sensibilia, quæ vere seruitutem diuinã appellamur. Vt sunt missas audire, orare, sermones audire diebus festis. Secũdum hæc opinionem per pauca sunt in hoc præcepto bona opera. Ad hæc, nisi in dei amore, gratia, fiducia, & fide proficiscuntur, nihil sunt penitus, sicut supra dictũ est. Quapropter bene esset, minus esse dierum festorum, quando eorum opera nostris temporibus, pene plerumque deteriora sunt operibus profestorum, & cõmuniũ, oclãdo, detorãdo, potãdo ludẽdo, & alijs malis factis. Præterea & missæ & sermones sine omni meliõre fruge aut diũtur, & orationes sine fide dicuntur. Fere em̃ sic fit, vt putemus satis factũ, vbi missam oculis vidimus, & orationem ore diximus, ita exterius primoribus quod dicitur digitiũ transeuntes, non cogitamur aliquid ex missa in cor concipiendũ, aliquid doctrinæ ex sermone mutandum, aliquid oratione petendum, flagitandum, & expectandũ. Quamquã hic maxima culpa est episcoporũ & sacerdotum, vel eorum quibus prædicandi munus est iniunctũ, quod Euangeliũ non prædicant, quod homines non docent quod missas videre, sermones audire, & orare debeant. Quare hæc tria opera paucis interpretabimur.

SECUNDO.

Vsus missæ.

¶ In missa opus est, vt ibi corde intersumus. Tunc autẽ ibi corde intersumus, quando fidem in corde exercemus. Hic oportet a nobis numerari & põderari verba Christi, quibus missam instituit, dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter & super calicem. Accipite & bibite ex eo omnes. Hic est calix noui & eterni testamenti in meo sanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Hoc facite quotienscunq; feceritis in meam cõmemorationem. His enim verbis Christus exequias vel anniuersarium instituit, sibi cottidie seruandum in tota Christianitate. Atq; adeo fecit solẽne, legitimum, opulentum, & grande testamentũ, quo legauit & ordinauit non census, pecunias, & bona temporalia, sed remissionem omnium peccatorũ, gratiam, & misericordiam, & vitam